

quodq; remanet, sincerius est, & aptius
ad cōseruandum. Extrahit autem Dio- *Lib. 3. c. 3.*
scorides, quando Gentianæ & Centau- *c. 7.*
rij minoris radices tusas, quinis diebus,
aqua macerat, & decoquit, donec emi-
nere incipiāt: tum, quod linteo perco-
lauit, igne cogit in mellis crassitudinē.
Hoc nimirum est vires aqua elicere: a-
quam subinde cocturæ beneficio dein-
tegro separare. An ergo perperam *An-* *Comm. 2.*
dernacus à Græcis primùm iuuentam *dialogo 2.*
& exercitam fuisse extractionem dicit? *de veteri &*
čηχύλωσιν, vel čηχύλωμα nominatam, fal- *noua Med.*
soque à nonnullis Paracelso, tanquam
primo inuentori tributam?

Hæc ita cūm sint, quis negabit ijsdem
medicamentorum præparandorum ri-
tibus, Medicum & Chymicum probè
consentire: vt hactenus nō satis mirer,
tam hostili odio inuicem dissidere am-
bos. Quod vnde nascatur dispiciēdum
nonnihil est, an' non affectuū maior in-
firmitas heic occultetur, quām vlla gra-
uioris errati culpa subsit. Eximiē vterq;
contendit, simplex medicamētum præ-
parationis artificio, corpori sanando
quām maximē idoneum studiosè ela-

G 3 borare.